



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Meyeri S. Literarum Doct. & Prof. Uxor  
Christiana Sive De Conjugio Inter Duos Deque Incestu Et  
Divortiis, Dissertationes Tres**

**Meier, Johannes**

**Amstelædami, 1688**

Caput I. Omnia S. Scriptura loca ante legem de Monogamia & Polygamia recensentur. Deinde Caput. IV. Geneseos non parabolice, sed literaliter & historice esse intelligendum, ex Abarbenele ostenditur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40272**

## SECTIO TERTIA.

DICTA ET EXEMPLA DE NUMERO CONJUGUM, QUÆ OCCURRUNT ANTE LEGEM, INDE A CREATIONE USQUE AD MOSEM, EXAMINANTUR.

## CAPUT I.

*Omnia S. Scriptura loca ante legem de Monogamia & Polygamia recensentur. Deinde Caput iv. Geneseos non parabolice, sed literaliter & historice esse intelligendum, ex Abarbenele ostenditur.*

**E**xpendimus Institutionem Conjugii inter Duos, ejusque convenientiam cum jure naturæ, & consuetudine morum Gentium: nunc ordo & series rei postulat, ut ad expoundeda Sacrae Scripturæ dicta, & exempla cum monogamica tum polygamica Patriarcharum nos accingamus, qui secundum jus naturæ & revelationes divinas, traditionesque majorum, ante Legem Mosaicam, mores & vitam instituerunt. Nullum est Sacrae Scripturæ dictum aut præceptum, tam in V. quam in N. T. quod plures uxores adjungat uni viro. Quod hoc Capite primum demonstratum ibimus ex Geneseos, & Exodi historia. Quo faciunt loco sequentia. Gen. iv. 1. 17. 25. cap. vi. 18. vii. 13. viii. 16. 18. xi. 29. 31. xii. 2. 8. 9. 14. 15. 16. 17. xiii. 1. xvi. 1. 3. 6. xvii. 15. 19. xviii. 9. xix. 15. 16. 26. xx. 2. 3. 7. 11. 12. 14. 17. 18. xxii. 21. xxiii. 19. xxiv. 3. 4. 5. 7. 8. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 51. 67. xxv. 10. 12. 20. 21. xxvi. 7. 8. 9. 10. 11. xxvii. 1. 2. 6. xxix. 18. 20. 21. 25. xxxiv. 4. 8. 12. xxxvii. 2. 6. 8. xxxix. 7. 8. 9. 19. xl. 1. 45. xliv. 27. xlvi. 31. Exod. ii. 1. 21. 22. cap. iv. 20. 25. vi. 20. 23. 25. xvii. 1. 2. 5. 6. Huc etiam pertinent, quæ in libro Jobi Arabis Theologi, (qui post Jacobum vixisse censetur) occurrunt cap. xi. 9. c. xix. 17. vocat *filios uteri sui*, quos mater gestat in utero, quia venter uxoris etiam viri est, & vice versa. Adde cap. xxxi. 1. 9. 10. Quæ omnia dicta atque exempla ante legem docent consuetudinem, qua una uxor quæsita, ducta, unice amata.

R. 3

II. Con-

II. Contraria autem dicta & exempla in eadem historia Gene-  
ses occurunt Gen. 1v. 19. 23. cap. XVI. 1-5. XX. 2. 17. XXI. 24. XXV.  
1. 6. 10. 12. XXVI. 34. (sive cap. XXVII. 1.) XXVIII. 9. XXIX. 25.  
27. 28. 30. 31. XXX. 3. 4. 5. 9. 10. 26. XXXI. 17. 50. 53. XXXII. 22. XXXIII.  
1. 2. 6. XXXV. 22. XXXVI. 2. 6. 10-18. XXXVII. 2. Quæ nunc a nobis dis-  
cutienda, ut unusquisque videat, an illa institutioni & iuri naturali, in  
creatione a Deo fixo, præjudicent, & polygamiam bona conscientia  
sine scrupulo usurpari posse, probent. Rectissime autem Cl.  
Heideggerus de Historia sacra Patr. par. I. Exerc. VII. §. VII. Ne-  
que obstat, inquit, quod tum ante, tum post legem latam etiam apud  
bonos, polygania viguerit, & apud Mosem præcepta data sint polyga-  
mia. Non enim de rectitudine & honestate actuum in civitate Dei ju-  
dicari debet ex moribus quamvis sanctorum; sed ex lege & manifes-  
tatione. Primus Polygamus, qui refertur in Scriptura, Lam-  
echus est Gen. 1v. 19. Ad quam historiam priusquam deveniamus,  
ex Abarbenelis Commentario in Legem, quia in omnium ma-  
nibus non est, & a nemine adhuc, quod viderim, illud ex ulla scri-  
ptore productum, huic Dissertationi propter viam inferere vi-  
sum est, utrum scilicet Capite 1v. Geneeos parabola, an vero  
historia liberaliter exponenda continetur. Verba ipsa Abarbene-  
lis ita habent:

אקרדים כפירוש הפסוקים האלה להוריין שהורב המורה יפרש גם כן קין והבל  
שנה על צד הזרה והרמי כי הוא כתוב פרק ל חלק ב' וול וממה שצרכן שהטענה  
נס נן וחוור עלו אופני היחסינה בקראה שמות בני אדם קין והבל והוא  
אין הוא החורג את הכל בשודח ושם יהדו אבדו אף על פי שהאריך לרוץ ושלא  
חוקים מציאות אלא לשאת שנאמר כי שת ל' אלהים ורע אחר הנה כבר התacula  
זה עד כאן אבל ורלנגן כתוב כפירושו לתורה ול' וכבר טעו מזה קצת גדרי  
וחכמים המכארחים ועשו ציווים כגון קין והבל ושת והפסירו בונה דעת התורה  
ני ראי שתרע שאין ראו שיעשה צורה בדברי תורה אם לא במקומו אשר יהוויב  
שם היחסינות כבי הפשט ואם היה זה שער מסור בדור האנשים הנה הפל התורה  
כליל ולא ימשן כמו מה התעללה המכון בת וות מבואר נאך ערך שהארוכות בות  
מוח עד באן. ונראה מרבורי שהסביר המורה והנמנכים אחריו ברמו היה  
 nichiso השתלשלות הדרות ולבן אמר שהפ cedar בונה דעת התורה וכן הוא בלא  
נק דעת מפרש חמוריה כלם. ועם היה שום לא עשו על זה טענה כלל בעור  
רבי הנני טוען בהה ה טענה להכילה שענין קין והבל דשת באו על-צד הדישל  
וירמי לא היה קרה דבר מזה הספור ואחר כן אשיב עליהם ואובייח שפטטי  
וחתוכים אמת ויזיב וקיים שהרבי וזה דעתו גם כן עם היה שפטיא קיה הספור  
למודים על דרך הרוך והנמכתה. הטענה האחת ממה שכתוב אחר תשלום זאת הפרשה  
וז כפר תולדות אדם ונמר וחיי אדם קל שנה וילדי ברמותו בצלמו קרא את שמו  
שת ומשם ואילך נמשן השתלשלות הדרות. וראה מזה שהה בן אדם הנכבר  
שקין והבל לא היה בעולס שם לא כך חפה השאלה לנו נזכרה לירית שת

שתי פעמים אלא כמו שאמר ה' רב ביצורה אדם שנבראה שתי פעמים אחת כבש פשוטה ואחת על דרך משל' הטעונה הב' שאותה חמציא שבתולדות אודם لكن' וחייב לא זכר הכתוב לכמה שנים המילוטין וכן תולדות קין את חנן וחנן לעודו וערד למתייאל ומתייאל את כתולחה ומתחילה את למן שלא נאמר בשם אחר מלאה בכמה שנים הולידו ולא כמוה ימים היו ימי הירם ולא שהלירו בנים ובנות כמו שאמר כל זה בפרשת זה ספר תולדות אדם באומות הדרות וזה יוכת'h שהתולדות שנבראו בפרשא לא היו תולדות ממש כאחיהם שנבראו בפרשא וזה ספר תולדות אדם אבל שכמו התולדות האלה על צור המשל והרומו הטעונה השלישית שאתה תמצוא בפרשא אלה תולדות השמים והארץ ובפרשא והודע שתמיד זכר שם אודם בהא יהודיע וישם שם את האודם אשר יציר' ויקח יהוה אלהים את האודם ויציר' יהוה אלהים על האודם וכן כלם אבל כלידת שט' ולהלה לא נזכר שם אודם בראי' וודע אודם עוד את羞'ה אשתו וזה ספר תולדות אודם. ויהי אודם ויהי ימי אודם מבלי' הא יהודיע וזה יוכית' שהפרשות הזה שנבראו בה' האודם בראי' יהודיע נאמר על האודם הכלל במינו לפי' שהא יהודיע לא חפול על שם הפרש' כמו שזכר הרוב אכן עורה' והוא אם כן הספרים ההם משל' אבל בפרשא זה ספר תולדות אודם שזכר הכתוב מאודם הראשון הפרש' כפי' פשטונו לא זכרו בהא יהודיע כלל' הטעונה הר ממנה שמצאננו בדברי הדמים בשורא ספר השתלשלות הדורות. אמר אודם שת אונש קין מהללא ייד ולא זכר קין והבל והוא המורה שלא הוא ולא נבראו אלא למשל יהוי כי עם היה שמות קין והבל בח' אכחים היה ראי' לזכרים כמו שזכר בני יהודה ער ואונן ושהה' וככני אחרון גרב ואביו אלעד ואיתמר עם היה שמות נדר' ואביהו הטעונה היה היא מדברי רול שאמרו בבראשית דברא שבזום הששי שנבראו אודם ונבנת האשה בהיותה בן בו ביום חרותה היה וילדת קין והבל ושלש האומות שנולדו עמהם שעלו שנים למטה וירדו שבעה' ואז יתכן שחרתה וילדת קין את בנינה חמישה בכו' אודם כלו בשעה חרוא ואם נעשה בדין הפליה בבראי' כבראי' אודם מן שדר' וזהו מן הצלע אונך לא זכרתו התורה וזה יוכית' שהוא עניין מישל כי' כמו שזכר חול בעז' החיים וען' הדעת ורבבי הנחש הביאו לר' המורה להכחיש הפשט ולעשות צורה' באתו הספר כמו שנבר למעלה כן דבריהם אלו הביאו לו מר' כן בעניין קין והבל' אלה הן הטענות שערת' לטען כננד ספר קין והבל' אבל אין ספר אצלי' שהרב המורה לא כן יחשוב ולביבו לא כן ירימה כי אם שפשת הספר הזה היה כמו שנכתב ומלבד אמתה פשטונו עוז ירימו הספר הזה לעניינים כדעים וזה שאמר הר' שבאו אופני החכמה בקריאת שמות בני אודם קין והבל' וספר הרינה' והנדור' כי לא ייחפון הרב מפני זה שלא היו בעולם אבל ספר עניין שהוא משל זסמן' בנו אודם יתגא' הילצוי' כן יאמר בעניין קין והבל שהיה עניין היה משל זסמן' לזרענו בני אודם ישבו רמו וסימן לטבעי בני אודם בכלל'.

*In expositione versuum illorum biblicorum prius tibi indicabo, quod R. Moses Maymonides, id quod de Kaino, Habele & Setho narratur, sensu figurato & mystico quoque explicet, quemadmodum videre est in More Nevuchim Par. II. Cap. xxx. Hec sunt verba ejus: Debes etiam scire & moneri de multiplici sapientia, qua latet in impositione filiorum Adami, Kajini & Abelis; de eo, quod Kajin interficerit Habelem in agro, quod ambo simul perierint, quamvis interfector diutius hujus vita luce usus fuerit, & quod non*

nisi

*nisi Seth superstes manserit, iuxta id, quod dicitur (Gen. iv. 25.) quia posuit mihi Deus semen aliud. Et hoc confirmatum est. Hucusque (Majmonides.) Sed R. Levi ben Gersom in suo Commentario in Legem hæc verba scripsit: Jam ante nonnulli Sapientes posteriores in eo errarunt, quod figurative explicuerint negotium illud Kajini, Hebelis & Seibi, atque in eo sententiam verbi Dei corruperint. Etenim scire oportet, quod in verbis Legis figuram & metaphoram fingere non licet, nisi istis in locis, quasi secundum literam explicitur, necessario impossibilitatem inferunt. Et si homini astimandi facultas permittatur, verbum Dei plane corruet, neque inde utilitas proficietur, quam (Deus) intendit, quod adeo clarum & evidens est, ut prolixior ejus explanatio sit superflua. Ex quo sermone (Ralbagi) liquet, quod sibi persuaserit, Maymonidem, & qui eum sequuntur in hoc sensu mystico, negare genealogiam; ideo enim dicit, corruptam eo ipso esse Legis mentem, & hac procul dubio opinio est eorum omnium, qui More Nevuchim explinant. Quamvis autem nullam plane super eare objectionem formarint, ego tamen, auxiliante Deo, quinque argumenta objiciam, que demonstrent, significationem Kajini, Habelis & Seibi parabolicam esse & mysticam, ita ut nec fuerit, nec acciderit quidquam bujus rei, quæ hic narratur. Deinde ad ea respondebo demonstratus, sensum literalem horum versuum verum, firmum & constantem esse, & hanc etiam Maymonidis opinionem esse, licet ex hac historia doctrinus eruerit per modum mysterii & arcani.*

*Primum argumentum ex eo desumitur quod, postquam Scriptura absolut hanc Sectionem, Hic est liber generationum Adami &c. (Gen. v. 1.) Adam autem vixerat centum & tringinta annos, cum genuit filium ad similitudinem & imaginem suam, vocavitque nomen illius Sethum (com. 3.) inde & in sequentibus ducatur genealogia; unde liquet, Sethum fuisse filium primogenitum Adami, Kajinum autem & Hebelem in mundo non fuisse inventos: Secus enim quæstio oriatur, cur iactivitatis Sethi bis mentio facta; nisi quemadmodum Maymonides de formatione Adami scripsit, quod bis sit memorata, semel literaliter (Gen. 1.) atque iterum parabolice, & secundum sensum occultum (Cap. 11.)*

*Secundum argumentum est, quod deprehendas, ubi genuit Adam Kajinum & Habelem, Scripturam non addidisse, quanto anno eos generit; pariter ubi Kajin genuit Chanochum, Chanoch Hiradum, Hirad Mechujael, Mechujael Methuschaelem, & Methuschael Lamechum,*

mechum; non dicitur de ullo eorum, quo anno genuerint, neque quot annos vixerint, neque quod genuerint filios & filias, quemadmodum haec omnia habentur in Sectione, Hic est liber generationum Adami (cap. v. 1. &c seqq.) in istis generationibus. Quod arguit, generationes, quae referuntur in ista Sectione precedente, non esse generationes vere & proprie dictas, sicut illa, quae referuntur in sectione, Hic est liber generationum (cap. v. 1.) sed parabolice & mystice intelligendas.

Tertium argumentum inde petitur, quod in Sectione illa (Gen. 11.4.) Iste sunt generationes coeli & terræ; & in parascha, Deinde Adam cognovit Chavvam (cap. iv. 1.) semper occurrat nomen Adam cum he demonstrativo כָּאֵן. Et posuit ibi haadam, quem finxerat: & accepit Dominus Deus haadam: & interdixit Dominus Deus ha adam homini (cap. 11. 8. 15. 16.) & sic ubique. Sed inde a generatione Sethi & ultius non occurrit nomen Adam cum he. Cognovit autem denuo כָּאֵן Adam Chavvam uxorem suam (Cap. iv. 25.) Hic est liber generationum Adam (cap. iv. 1.) Et vixit Adam (com. 3.) Fueruntque dies Adami (com. 4.) sine he demonstrativo. Quod demonstrat, sectiones illas, in quibus scriptum est כָּאֵן ha Adam cum he demonstrativo, intelligendas esse de homine sub se comprehendente speciem suam, quia he articulus non cadit in nomen singulare seu individuum, teste R. Aben Esra. Ideoque istæ narrationes erunt parabolica. Sed in sectione, Hic est liber generationum Adam (cap. v. 1.) ubi sermo est de Adamo primo singulari & individuo, juxta sensum literalem, plane non occurrit Adam cum he articulo.

Quartum argumentum inde deponitur, quod deprehendamus in libris Chronicorum, Esram, ubi narravit genealogias, dixisse, Adam, Seth, Enosch, Kenan, Mehalaleel, Jered (1 Chron. 1. 1. 2.) nullam autem mentionem fecisse Kajini & Habelis; Quod utique docet, illos in rerum natura non fuisse, nec creatos esse, sed parabolice & metaphorice propositos. Licet enim mortui essent Kajin & Habel, adhuc vivente patre ipsorum, debuissent tamen commemorari, quemadmodum filii Iehuda, Er, Onan & Sela; nec non filii Aaronis, Nadab & Abihu, Eleazar & Ithamar, quamvis mortui sint Nadab & Abihu, commemorati sunt.

Quinimum denique argumentum petitur ex verbis Rabbinorum, qui stant in Bereschith Rabba, eodem dic sexto, quo creatus Adam, & extorta est Eva, cum esset in Paradiso, Eam concepisse Kajinum & Habelim

Habelem, atque tres gemellos, qui cum illis nati; duos lectum ascendisse, & descendisse septem. Absonum autem est, concepisse & peperisse Eum omnes quinque filios suos in uno ventre, uno tempore. Si id factum esse velis in hominis creatione per miraculum, quemadmodum creatus est Adam ex terra, & Eva e costa Adami, cur id Verbum Dei non expressit? Hoc ergo docet, quod totum illud negotium sit parabolicum. Quemadmodum enim verba Sapientum circa arborem vite, arboremque cognitionis atque circa verba serpentis induxerunt Maymonidem, ut negaret sensum literalem, & figuram faceret in ista narratione, prout supra relatum; ita etiam ista eorum verba cum adduxerunt, ut idem statueret in negotio Kajini & Habelis.

Hac sunt argumenta, quae existimari formari posse respectu narrationis Kajini & Habelis. Verum enim vero in oculis meis nullum est dubium; quin R. Maymon aliter cogitaverit, & cor eius alius sibi proposuerit, quod videlicet literalis sensus hujus narrationis se habeat juxta scripturam, sed quod prater literam, hanc narratio insuper innuat res scientificas & cognitione dignas. Et hoc est, quod dixit R. Maymon, multiplicem latere sapientiam in impositione nominum filiorum Adami, Kajini & Habelis, atque in historia interfectionis & vagationis: ideo autem non vult, illos in rerum natura non fuisse, sed docet, quod eadem illorum ratio fuerit, qua parentis, cuius formatio verissima est, sicut ostensum in Opere sexti diei, sed narratio negotii istius simul fuit parabolica, & significavit semen ejus, filios Adami, lumbis ejus egredientes. Pari modo judicat de Kajino & Habele, quod eorum negotium & narratio ita revera se habuerit, sicut expresse scriptum est, sed quod praeterea sit sensus mysticus & significans, indolem & naturam filiorum Adami in genere respiciens.

וְאַחֲרֵי שָׁהִירָה וְתֹרֶורָה הַלְדִידָה שָׁהִירָה וְקוּרוֹ הַרְבִּים הַלְדִידָה מְחוּיָב הָאָהָר שָׁקָן הוּא וְכָן אָרַעַ בְּכִזְיאָהָה האמָנוֹ נִכְרָה לִידָה שֶׁתִּהְיֶה פִּיעִים לְפִי שְׁרָאשָׂנָה סְפָרָה וְוּרָה מֵהָ שְׁקָרָה לְבָנָי אָדָם קָנָן וְהַבָּל מְוּלָהָוּמָן וְעַד יָמָן מוֹתָם וְלוֹרָת שֶׁתִּשְׁנוֹלֶד אַחֲרֵיהֶם וְאַחֲרֵי כָּךְ לְקָח לוּ לְבָאָר הַשְׁתְּלִשְׁלָות הַדוֹּרוֹת בְּפִרְשָׁה עַצְמָה מִבְּלָתִי סְפָר אַחֲרָה וְהָא פִּרְשָׁת זֶה כְּפָר תְּולָדוֹת אָדָם וְזָהָחֵל מְלִירָת שֶׁתִּכְּמִינָה נִכְתְּבָה הַדּוֹרוֹת וּכְמוֹהוּ מִצְאָה בְּנֹז שְׁכָתוֹב אֶחָד וְזֶה בְּסֻף וְהַסְּדָר וְנֶה בְּן חַמֵּשׁ מֵאוֹת שָׁנָה וְיָלֵד נֶה אֶת שֶׁ אֶת שֶׁ אֶת יְמִין שְׁנִיכְרָה זֶה בְּסֻף הַשְׁתְּלִשְׁלָות וְאַחֲרֵי כָּךְ כְּשַׁבָּא הַכְּתוּב לְסִפְרָה מְאוֹרָעָה נֶה וְקוּרוֹתָיו הַתְּבוּל אֶלָּה תְּולָדוֹת נֶה וְגָנוֹר וְיָלֵד נֶה שְׁלָשָׁה בְּנָים וְגָנוֹר. וְכָמוֹ שְׁחִיבָרָה בְּפֶמְקוּבוֹ וְכָן בִּיצָּחָק וְרַכְתּוֹב לִידָה וּמוֹלָתוֹ וְאַחֲרֵי כָּךְ כְּשַׁבָּא לְסִפְרָה קוֹרוֹתָיו חֹזֶר וְאֶלָּה תְּולָדוֹת יְצָחָק בְּן אַבְרָהָם חֹלֵד אֶת יְצָחָק וְכָכָה בְּפִרְשָׁה וַיְגַשׁ כְּתִיב אֶלָּה שְׁמוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל הַכָּאִים מִצְרָאִים וְגָנוֹר וּבְתוֹלָם אֶלָּה שְׁמוֹת כְּשִׁרְצָה לְסִפְרָה גָּלוּתָם וְגָנוֹלָתָם חֹזֶר לְכָרֶר וְאֶלָּה שְׁמוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל הַכָּאִים מִצְרָמָה גָּנוֹר וְזֶה רִיאָת שְׁבָעָה הַרְאָשָׁונה. וְלִשְׁנִית אָוֹר שְׁבָעָה שְׁקִין וְהַבָּל לֹא נִתְקִיבוּ וּבְנִי

קון ורעה היו ווע מרים בנים משוחיתם לא האריכנה תורה בכפורו ימי חיות ולכמה שנים הלייה  
שהאר הענינים שוכר בשאר הדרות בנישת הטובים. וכן מצא בצחיק ועש שספר הכתוב שהה  
בן ארבעים שנה בקתו את רבקה וכמה שנים תי ומיתתו וככorthotoala נזכר בבר מזה פ羞ו לטי  
שהחורה תרחיב בפפורי הזרדים ולא גפרש הרשעים. ולטענה השלישית אוכר שם מלוא  
היום הששי בכיריאת אדם נזכר בהרא הדיעת שנאמר וברא אלהים את הארץ נצלמו ואינו  
מהורות לפ. שעם היהוד אדם שם עצם פרט לאו ואדם הראשון שזואה שם עצם פרט לאו  
היה גם כן שם המין בכאן שכבר באורתי והוא כען השם שזואה היהודת מינו הנה הוא  
ככבר גROL האורה וזהו גם כן שם מינו עם היהוד שזואה מאותו והללו ולכך נאמר וברא אלהים  
את האדם והאדם ידע את היהוד אשתו והשאר כלם בהרא הדיעת בעבור שקרים שהוליד בנים  
היה שם אדם שם לאו עצם פרט בשם המין גם כן אבל אחריו שנולדו קון והבל לא נזכר עיר  
שכו כי אם אדם בלבד ואה דידייה לפי שאחרי שהוליד דומו במינו נשאר שם אדם שם עצם  
פרט לא שם המין. ולכן לא נזכר עד בהרא הדיעת וגס זה מכוח שלדות קון והבל קורותיהם  
מיו כבפי פשטוט ביו שקרים ולהולדות נקרא אבותם בשם מינו האדם להוון לבון המכין ואחרו  
שהבנין נולדו לו לא נקרו כי אם בשם פרט אדם. גם נובל לומר שבנור שברשת  
אללה תולדות השמים ואחרין פרשת ואדם ידע את היהוד אשתו היה ספסויים והחכם גשט  
ורמו מטבח האדם וככלו ולכן נזכר שם שמו תמייר בהא הדיעת האדם להעיר על הרמו הכלל  
למיין כלו אמן כפרש זה ספר תולדות אדם שאין בה רמו כלל והיא כליה כמיי פשטוטה על  
אדם הראשון נזכר חמיר בשם אדם ולא בהרא הדיעת ולטענה חד מרבבי עירא מרבבי חמים  
או פרו שלישית קון ולהפרון הבל לא ויה לברכת והחילה והחשתלה בדורך יש ארם שת  
אנוש וכן תמצאה שלא זכר ממלכי ישראאל לדשעתם ולא עני המר ואמנן ולא עני כח שבך  
ואורה הדות ולא ענן אבשלום עם אביו ולא שאר דברם רעים שלא יוכרים עם הדעת  
שוכר תולדות יתורה ואהרן למילתם. ולמעלת האכות ולטענה זה מרבבי הולא אמר  
שכונו לומר שקין והבל ואחותיהם כלם היו מטבח חות גוטם נטחים לאכילה עץ  
הදעת כמווי. ולכן אמרו שנולדו בגין שם הטא אבותיהם ולחמותם במדינה הפתוחה  
היה אמור שנולדו כלם בכור אחר. גם אין רחוק אצל שידע את הוון אשתו קודם צאתה  
מן חן ושוא הורה שם קון והבל האחים ואחותיהם כי איןנו זו אצל רטבע שלל האשה  
ד או ה וולדות נס עד שבשוו אמיו חכמי ורופאיה שהוא אפשר וכל שכן בתחלת הכרואת  
שהייתה ברכת השם עליהם והוח נבראו בגין עשרים שנין וקומות וצביונם וכח נול  
ורב כיר המיל שבראמ. ומפני ישבו של עולם רצוי יתברך שתלר חוה בנים ובנות רבים נבראים  
אחר. כי כמו שראב נולד מארמה זעם מהצלע שלא כמנהג הטבעי בן הבנים אשר חולין  
פרו ושורציו שלא בדרך טבע אבל אין ספק אצל שם היהודים בגין באו ים הנגה לא הודה  
לדעת לו לדתם שם נס כי היהת לירטם חוץ מוגן בארץ אשר גרו בה שנרגשו  
משם. הנרי התכאר מורה כלו הפירוש הפרשה הזאת כפי פשטוטה הוא דבר דבורי על  
אפננו. ושאן בגין ספק ולא טענה ולכך הנרי מפרש אותם כפי פשטוטה ואלמור גם כן  
מעניינה הדברים המדועים אשר ייו עליים בדורם הרמו והסמן כמגשעתית בפרשא של מעלה

*Ad que argumenta a me formata respondeo, testanti verbo Dei, illa omnia fuisse et evenisse, necessario oportere nos credere, quod ita re vera facta sint et contigerint in essentia. Veruntamen nativitas Sethi bis memorata est, quia Lex primo refert, quid evenerit filius Adami, Kajino et Hebelo, inde a nativitate eorum, usque ad diem mortis, et nativitatem Sethi post eos nati. Postmodum autem ad explicandam genealogiam se accinxit in eadem Sectione, sine alia narratione, atque hoc est illa Sectio (Gen. v. 1.) Hic est liber generationis Adami.*

Exorsus est a nativitate Sethi, quia ab eo originem traxerunt generationes. Quemadmodum postea in Noa deprehendis sub finem hujus Sectionis (cap. v. 32.) Quum Noach fuisset natus quingentos annos, genuit Noach Schemum, Chamum & Japhetum, quod hoc relatum sit ad calcem genealogiae; deinde vero Scriptura enarratura casus & contingentia Noachi, ita insit (cap. vi 9. 10.) Hæ sunt generationes Noachi &c. Et genuit Noach tres filios &c. Quod suo loco fuisus declarabitur. Pariter in historia Isaaci refert Scriptura ejus nativitatem & circumcisionem cap. XXI. Deinde cum agreditur narrationem casuum & eventuum ejus, rursus dicit (cap. XXV. 19.) Et hæ sunt generationes Isaaci, filii Abrahami, Abraham genuit Isaacum. Eodem modo in Sectione VIII (cap. XLVI. 8.) scriptum est, Hæ autem sunt nomina Israelitarum venientium in Ægyptum &c & initio Exodi cap. I. 1. enarratur exilium & redemptionem eorum, iterum dicit, Hæ sunt nomina Israelitarum venientium in Ægyptum. Atque hoc est responso ad primam objectionem.

Ad secundum respondeo, quia Kajin & Habel in vita non sunt conservati, filiique Kajini & semen ejus fuerunt semen maleficorum, filii perdentes, ideo in verbo Dei non prolixe recensetur, quamdiu vixerint, quanto anno generarint, & reliqua, qua memorata sunt in reliquis generationibus proborum filiorum Sethi. Idem videre est in Isaaco & Esavo: de illo testatur scriptura, quod fuerit 40 annos natus, cum duceret Rebeccam, narrat etiam, quot annos vixerit, item mortem ac sepulturam ejus; sed de Esavo nihil quidquam hujus rei memoria proditum est, quia in verbo Dei prolixa instituitur narratio iustorum, sed non ita referuntur res particulares impiorum.

Ad tertium argumentum Resp. quod etiam in Operे sexti diei, in creatione Adami, nomen Adam occurrat cum he demonstrativo; Scriptum enim est (Gen. I. 27.) itaque creavit Deus ἄνθρακον hominem ad imaginem suam, sine ulla anomalia, quia Adam nomen licet sit proprium & individuum, Adamo isti primo competens, qui principium & origo fuit sua speciei, est tamen etiam nomen speciei, vel commune, sicut ante explicui: prout nomen Solis apud nos est proprium & individuum, quod tribuitur isti stelle magna lucenti: est tamen etiam nomen speciei & communis, licet speciem non agnoscat. Ideoque dicitur; creavit Deus haadam, & haAdam cognovit Chavvam uxorem suam, & reliqua omnia cum articulo he. Quia antequam genuit filios, nomen Adami fuit nomen ad illud proprium individuum accommodatum, etiam in nomine

mine speciei; sed postquam genuit Kajinum & Habelem, non amplius memoratum est nomen ejus nisi דָנָה sine he articulo, quia postquam genuit sibi simile in specie sua, reliquum mansit nomen Adam nomen proprium individuum, non nomen speciei, & propterea non amplius tunc usurpatum est cum he demonstrativo. Hoc etiam probat, nativitatem Kajini & Hebelis eorumque casus & eventus intelligi debere literaliter, quandoquidem ante eorum nativitatem vocatus est pater eorum nomine speciei sue דָנָה haAdam, cum solus adhuc esset species. Sed postquam filii ei nati sunt, non nisi nomine individuo דָנָה Adam appellatur. Dici etiam potest, quod quia in Sectione ista, illæ sunt generationes coeli & terræ (cap. 11. 4.) & in Sectione, Adam cognovit Evam uxorem suam (cap. IV. 1.) literalis sensus & simul mysticus continetur e natura Adami & generalitate ejus, eam obcausam in ipsis narrationibus semper nomen ejus cum he articulo haAdam expressum sit, ut attendatur ad sensum mysticum, qui respiciat totam speciem. Sed in sectione, Hic est liber generationis Adami (cap. V. 1.) in qua nullum plane mysterium, queque tota est literalis de Adamo primo, semper occurrit nomen דָנָה Adami, sine he demonstrativo.

Ad quartum argumentum ex verbis Esra, libri primi Chronicorum presumptum respondeo, quod Kajinum propter impietatem & Habelem propter defectum commemorare noluerit, ideoque genealogiam recta via exorsus sit ab Adamo, Setho, Enoscho. Ita neque mentionem factam esse deprehenderis regum Israëlitarum, propter ipsorum impietatem. Nec quidquam occurrit de Thamare & Amnon, de Bartsba & Uria Hittao, de negotio Absalom cum patre suo, neque reliquas res malas memoravit, licet mentionem fecerit Iude & Aaronis, propter propriam & patrum dignitatem.

Ad quintum ex verbis Sapientum de promptum regero, quod illi dicere voluerint, Kajinum & Hebelem, sororesque eorum omnes fuisse a natura Chavva matris sua proclives ad comedendum de arbore scientie, haud secus illa; ideoque dicunt, quod in horto nati sint, quod ibi peccaverint parentes ipsorum, & ut eos assimilarent vili isti conditioni & qualitatibus, tradunt, quod omnes nati sint ex uno ventre. Neque etiam in oculis meis absurdum videtur, quod cognoverit Evam uxorem suam, antequam egrediesca est horto, & quod illa ibi conceperit Kajinum & Habelem gemellos, eorumque sorores. Non enim impossibile est, uxorem peperisse quatuor vel quinque filios. Etiam septem nasci posse, Medici docent. Multo magis id fieri potuit initio creationis, ubi benedictio divina illis adfuit, atque Adam & Eva.

Et Eva creati sunt, ac si viginti annos jam essent nati, statura, voluntate & facultate gaudentes magna & multa, juxta potestatem Regis, qui eos creavit. Ut etiam mundus inhabitaretur, placuit Deo Benedicto, ut Eva filios & filias pareret ex uno ventre. Sicut enim pater e terra nativus, & mater ex costa, prater naturae ordinem, ita filii, quos genuerunt, fructificarunt, & copiose producti sunt, non naturali modo. Et quamvis illo die, quo creati parentes, filii concepti sint in Paradiso, non est tamen mens Sapientum, quod apud me dubium non est, quod ibidem sint generati, quia geniti sunt extra Paradisum in illa terra, in qua Paradise expulsi commorati sunt. Ex quibus omnibus planum est, in Sectione illa biblica (Gen. IV. 1. & seqq.) rem vere gestam, & simul variam, quæ ibi latet, Sapientiam, contineri, absque omni dubio & disceptatione. Ideoque eam ita explanabo juxta literam, ut simul doctrinas inde mysticas & res significativas eliciam, quemadmodum feci in sectione superiori.

Ita rectissime istud commentum confutavit Abarbenel. l.c.f. 25. 2.3. Quamvis enim mos Scripturarum, proponendi quandoque tanquam historice gesta, quæ non nisi parabolice intelligenda, cujusmodi in utroque Instrumento complura, in limine tamen Historiae, & principio rerum omnium fingere parabolam, & ambigere de rei gestæ veritate, & absurdissimum est, & vetant historici simplicissimus stylus, circumstantiae temporis, loci, nominum, parentum, nativitatis, liberorum, quorum vestigia passim apud Ethnicos scriptores, vitae, rerum gestarum, mortis, & omnia verae historiae criteria seu characteres, strictim ut ut omnia percenseantur. Aut vocandæ erunt parabolæ, quæ passim in historiis Abrahami, Josephi, Pharaonis, Mosis, Iosuæ, Samsonis, Jonæ, & similibus, sacræ literæ tradunt.

## CAPUT II.

*Peccavit Lamech duas ducens uxores.*

**P**rimus igitur Polygamus, quem refert sacra pagina, Lamechus, filius Methusaelis, Kajini prosapia oriundus, a quo quintus narratur Gen. IV. 19. 23. argumentum nobis præbet, polygamiam esse illicitam, quia inventum est hominis impii, contra primam Institutionem, quicquid fecus ex historia Mosaica contrarium sentientes collegisse videantur, quorum argumenta in pauca contraham. Athanasius p. 184. 185. 204. 205. & qui in secundam